

VIRTVTVM
VITIORVMQVE
EXEMPLA, EX
VTRIVSQUE LEGIS
promptuario
decerpta.

Per R. D. D. Gulielmum Peraldum Epi-
scopum Lugdunensem ordinis Præ-
dicatorum, nunc duobus anti-
quissimis Exemplari-
bus reformata.

*Quibus etiam & Authoris Proæmium,
& Alphabeticus materiarum
ordo accesserunt.*


IN VIRTUTE,



ET FORTUNA.

LVGDVNI,
Apud Gulielmum Rouillium

1579.





F. MAXIMVS

TROCHÆVS TAR-

VISINVS ALMI PRÆ-

dicatorum ordinis, feruen-


tissimo diuini eloquij

declamatori

S. P. D.



*V*M superioribus diebus, duo antiquissima exemplaria diuini Opusculi huius, quod paulò ante huiusmodi impressum fuerat, casu ad manus deuenissent, hoc ipsum illis comparandum censi. Et id quidem non sine huiusmodi ingeniosi nostri magno labore, summaq; vigilantia perlegi. Prima itaque facie, Authoris Proœmium: deinde toto libelli corpore diligenter perlustrato, alia nonnulla ipsi deesse comperi. Quae omnia, congruis propriisq; locis, maxima cum diligentia collocavi. Verùm Proœmium ipsum, & scriptoris inscitia, & vetustatis causa adeò confusum, adeoq; corruptum reperi, ut vix mente quod obtineret, eo quo cerni, modo colligere valuerim.



AUTHORIS
PROOEMIUM.



ANTA pollet excellentia officium prædicationis, quòd Christus Dominus & Saluator noster, dum vitam hanc viueret, illud exercere nunquam dignatus fuerit, quod & discipulis suis ante eius in cælum ascensionem ad vniuersorum salutem exercendum faciendumq; præcepit. *Euntes, inquit, in mundum uniuersum, prædicare Euangelium omni creatura.* Euangelium quippe prædicandum instituit, non inutiles Philosophorum ac Poetarum vanitates, aut proprias fictiones, vt nunc à multis, Euangelium erubescens, fieri perspicue cernitur. Contra quos Christus ait: *Qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, quum venerit, &c.* At cur sic obsecro? Nõne Deus huius mundi sapientiam stultam fecit? Nõne sapientissimus Paulus vas electionis, Prædicator veritatis, & Doctor gentium Euangelium prædicabat? Ait enim se non erubescere Euangelium. Prædicator itaque assumpto tantæ dignitatis munere, omni studio & vigilãtia, totoq; mentis affectu

Matt. 16.

Luc. 9.

*Rom. 1.
Notetur
predicator.*

EXEMPLA VIRTVTVM ET VITIORVM.

De miraculis diuina potestate factis.

CAPVT I.



REATIO rerum fuit ita mirabilis, quòd eius notitia non nisi per reuelationem venire potuit ad hominem. Nam secundum

*Greg. super
Exec.
Hom. 1.
Gene. 1.
Gene. 7.*

Gregorium de præteritis Moyles prophetauit, dicens: In principio creauit Deus cælum & terram: nõ quia prædixit ventura, sed quia prodidit occulta.

Tempore diluuij saluauit Dominus Noë cum vxore, & tribus filiis suis, & vxoribus eorum: tum etiam de cunctis animalibus masculum & fœminam fecit seruari per arcam.

Gene 11.

Præsumptione hominũ turrim vsque ad cælum ædificare volentium, repressit Dominus, cõfundendo linguas eorum.

Gene. 21.

Mirabiliter natus est Isaac, idem mirabiliter liberatus, quando debuit immolari, arcte inter repes hærente.

Gen. 21.

Quam